



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

- L. Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicae subiecto, libros ab eis vbicumque compositos de quacumque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarij, & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

*Decretum affixum, & publicatum fuit
ad valvas Basilicæ Principis Aposto-
lorum de Vrbe, & in acie Campi Flo-
ræ, vt moris est, per me Brādimantem
Latinum S. D. N. Papæ Curs.*

Octavius Spada Mag. Curs.

L.

Prohibitio ne degentes in Statu Eccle-
siastico mediatè, vel immediatè Sedi
Apostolicæ subiecto, libros ab eis vbi-
cumque compositos de quacumque
materia tractantes, absque Cardina-
lis Vicarij, & Magistri Sacri Palatij
in Vrbe, & extra eam absque Ordina-
rij, & Inquisitoris loci licentia defe-
rant, aut imprimendos transmittant.

Feria 5. Die 18. Septembris
MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ
& Vniuersalis Inquisitionis habita in
Palatio Apostolico Montis Quirina-
lis coram Sanctiss. D. N. D. Urbano di-
na prouidentia Papa Octauo, ac Illu-
strissimis, & Reuerendissimis DD.
S. R. E. Cardinalib. aduersus hæreticā
prauitatem Inquisitoribus Generali-
bus

Edita A. D.
1625.

bus à sancta Sede Apostolica speciali-
ter deputatis.

Prohibitio
de qua in
subr.

Sanctissimus D.N. pro debito sui pa-
storalis officij corrigere volens abu-
sus nonnullorum in Statu Sedi Apосто-
licæ mediatè, vel immediatè subiecto
existentium, qui libros à se compositos
extra præfatum Statum absque vlla Or-
dinariorum, & Inquisitorum loci vbi de-
gunt, approbatione, imprimendos trās-
mittunt: statuit, & decreuit, vt impo-
sterum nemo in Statu prædicto degens,
cuiusvis conditionis, gradus, ordinis, &
dignitatis existat, libros de quavis ma-
teria tractantes, & vbiicumque compo-
sitos audeat aliò deferre, vel mittere im-
primendos sine expressa in scriptis ap-
probatione Illustrissimi, & Reuerendis-
simi D. Cardinalis Sanctiss. D.N. Vica-
rij, & Magistri Sacri Palatij, si in Vrbe;
si verò extra Urbem existat, sine Ordina-
rij & Inquisitoris loci illius, siue ab ijs
deputatorum facultate, & licentia operi
præfigenda.

Impositio pe-
narum.

§.2. Libros autem, quos contra præ-
sentis Decreti tenorem imprimi conti-
gerit, præter alias pœnas arbitrio suæ
Sanctitatis infligendas, absque alia de-
claratione ex nunc prohibet, & pro ex-
pressè prohibitis haberi vult, & man-
dat.

dat. Contrarijs quibuscumque non ob-
stantibus &c.

*Io. Antonius Thomafius S.R. Vniuer-
uersalis Inquisit. Not.*

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo
quinto, Indictione octaua, Pontifica-
tus Sanctiss. in Christo Patris, & D.
N.D. Urbani diuina prouidentia Pa-
pæ Octauæ, anno eius tertio, die vero
tertia mensis Octobris, supradictæ lit-
teræ Apostolicæ, siue Decretum affixū,
& publicatum fuit in acie Cæpi Floræ,
& alijs locis solitis Urbis, per me Brä-
dimartem Latinum prælibati S.D.N.
Papæ, & Sac. Rom. Inquisit. Cursorem.

Sanctissimi D. N. VRBANI Papæ Octa-
uæ declaratio, quod Constitutiones
Apostolicæ in concernentibus Fidem
Catholicam, & Sanctæ Inquisitioni-
bus Officium hætenus editæ, & in po-
sterum etiam super quacumque alia
re edendæ, omnes Regulares quomo-
dolibet priuilegiatos comprehendāt,
nisi illi in edēdis specialiter excipiātur.

I VR-